



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

11. An Prælati Regulares, & seculares percutientes Clericos titulo
Correctionis per alios incidant in censuram? Et an hic alius qui in Religione
debet esse Monachus, possit esse vnus è Conversis? Et ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

lūmque non attingat, etiam si sagittam emittat, vel iſtum in illum dirigit; tunc in effectū, & re ipsa manus violentas illis non infert, prout verba legis, in materia odiosa præſertim, propriè ſunt accipienda.

5. Nota hic obiter contra Ambroſinum: cap. 22. de immū. Eccleſiaſt. n. 6. & Decianum tr. crimin. lib. 4. cap. 8. num. 17. eum, qui adhuc non eſt initiatus prima ad Tonſurā, eſſi habitu clericali incedat inſerviēdo Ecclēſiæ, animo aſcendendi ad ſtatū clericalem, non gaudere privilegio Canonis; & de Clericis Salvaticis, quod non gaudeant privilegio Canonis, declaravit Sacra Congregatio de ſuper iſtos edita decimo Kalendas Iunij 1613.

RESOL. X.

An percussorem Clericum consentientem incurram in censuram?

Et an Clericus consentiens dictæ percussioni non sit excommunicatus, sed possit excommunicari?

Pro quo explanatur, quod aliud est subijcere se Clementia alicujus, & aliud participare cum aliquo in crimine criminoso, quod non participat se submittere misericordia alicujus, qui de facili solet parcere subiectis, & prostratis? Ex part. 9. tr. 4. Ref. 9.

§. 1. R. Espondeo, tales ligari excommunicatione hujus Canonis, percutiendo Clericum volentem, & consentientem, quia ad hoc Clericus non potest consentire cum injuria totius Ordinis clericali, ut ſcribentes ex cap. Contingit de ſent. excomm. inferunt, & tradunt Mantua Dialog. 35. Gutierrez de jur. confir. p. 1. c. 16. n. 53. Suarez de cens. disp. 2. sect. 1. n. 57. Graſſius de ſententia p. 1. lib. 2. c. 49. n. 6. ex cap. Contingit, de ſent. excomm. Nam quamvis volenti, & consentienti non fiat injuria; fallit tamen ratione dignitatis Eccleſiaſtica, propter quam fuit tale privilegium emanatum: proinde non Clerico, ſed dignitati Eccleſiaſticae inferitur injuria. Item, quia Clericus non eſt dominus membrorum ſuorum, l. Sed si §. Si ipse servus, & l. Liber homo ff. Ad leg. Aquil. Gloſſ. in c. Ex parte de corp. vii. Covarr. in Regul. Peccatum, 2. p. §. 5. Atque ita non potest Clericus huic privilegio fundato ſuper favore dignitatis Eccleſiaſticae renunciare, quoad penam Canonis; poterit tamen remittere privatam injuriam quoad proprium intereſſe, & commodum. Antonius de Butrio in c. Si diligenti, n. 18. de foro compet. & habetur in cap. Cum deſideres, de ſent. excomm. Et ita præter Doctores citatos, tenet Gordonus in Summa, 2. lib. 7. q. 13. §. 3. n. 33. Layman lib. 1. tr. 5. p. 2. c. 5. n. 5. Leone de cens. recollect. §. 5. n. 52. Quod autem Clericus, consentiens dictæ percussioni, non sit excommunicatus, ſed tantum poſſit excommunicari, probant Doctores ſupracitati communiter ex verbis ipſiusmet tex. in d. c. Contingit.

2. Nec obſtat, dicere, Clericum consentientem, ut verberetur, communicare cum percussore in crimine criminoso, & conſequenter incurere ipſo facto excommunicationem: quia reſpondetur, ad incurrendam excommunicationem, ob participationem in crimine criminoso, neceſſe eſſe, ut participet poſt crimen patratum, & quod ſciat, delinquentem eſſe denunciatum, ut habetur in cap. Nuper, de ſentent. excomm. & aſſerit Navar. in Manuali, c. 27. n. 33. & 112. idcirco in caſu præſenti, ut ſubijciens ſe percussioni incurrat ipſo facto excommunicationem, opus eſt, ut conſentiat percussori, qui jam iterum percussisset, & quod talis percussio eſſet notoria, & manifeſta, & conſentiens conſentiret percussioni injurioſæ, non animo ſatisfaciendi injuriæ percussori irrogatam. Nam tunc percussorem, etiam ſi jam iterum, & iterum per-

cussisset, conſentiens non ipſo facto ligabitur excommunicatione, ſi hæc patiatur animo ſatisfaciendi injuriæ illatæ, ut notat Panormit. in d. c. Contingit, n. 8. quia aliud eſt ſubijcere ſe clementiæ alicujus, & aliud eſt participare cum aliquo in crimine criminoso, quod non participat ſe ſubmittens miſericordiæ alicujus, qui de facili ſolet parcere ſubiectis & proſtratis. Vide etiam Megalam in 3. p. inſtit. Confeſſ. lib. 4. c. 1. q. 1. n. 6. & Caſtrum Palaum 1. 6. diſp. 3. punct. 23. §. 2. n. 3. Villalob. in ſum. 1. tr. 17. diſp. 22. n. 10. ubi ſic ait: [Quanto à los Clerigos, que ellos de ſu propia voluntad ſe ſujetan à que otros los hieran con acción injuriola, ſe ha de dezir, que ellos no eſtan deſcomulgados, como conſta de un texto, que dize eſtas palabras: Si quis autem Clericus poſt prohibitionem huiusmodi, ſponte ſe ſubjecerit, excommunicatur. Donde ſupone, que no eſtá deſcomulgado: mas eſ ſeglar que le hiera, ſi como dize el miſmo texto Felino, Panormitano, Iuan Andres, y la Gloſſa.] Ita ille, & Doctores communiter.

ſep. hoc in §. not. præterit.

RESOL. XI.

An Prælati Regulares, & ſeculares percussorem Clericos titulo correctionis per alios incidunt in censuram?

Et an hic alius, qui in Religione debet eſſe Monachus, poſſit eſſe unus & converſus?

Et an reſtriſtio, ne fiat per laicum percussio, habeat locum etiam in Prælati Clericorum ſecularium?

Et an captura Clerici poſſit fieri per laicum auctoritate Superioris Eccleſiaſticae? Ex part. 9. tr. 4. Refol. 22.

§. 1. R. Espondeo cum Gordonio in Summa 1. 2. lib. 7. q. 13. §. 4. n. 38. & aliis, quod quantum ad Religioſos attinet, de quibus agitur in cap. Univerſitatibus, de ſent. excomm. debet Superior propria manu ſubditum verberare, niſi urgeat neceſſitas: & quando ea occurrat non debet id per laicum præſtare; ſed per Clericum, vel Monachum: alioqui, inquit Canon, tam præcipiens, quam verberans contrahunt hanc cenſuram, ex d. cap. Univerſitatibus.

2. Dubitat Angelus, an hic alius poſſit eſſe unus & Converſus: Certum autem videtur, poſſe in illo neceſſitatis eventu fieri per Converſum; ſi verè Religioſus eſt, quamvis non ſit Clericus. Qui verò nec Clericus, nec Religioſus eſt, habetur hic ut laicus. Cæterum aliud eſt de captura, que fieri poſſet per laicum auctoritate Superioris Eccleſiaſticae, ut colligitur ex c. Vi ſama, de ſent. excomm. & hæc ex d. c. Univerſitatibus, ubi de Abbate agitur. Secundò huc ſp. ſtat, an eadem huius capitis reſtriſtio, ne fiat, ſcilicet, per laicum percussio, habeat etiam locum in Prælati Clericorum ſecularium? In qua re illud primò certum eſt, non debere Episcopum ſuis manibus verberare, ex cap. Non licet, diſp. 86. quia, ut pro ratione ibi ſubjungitur, hoc alienum eſt ab hac dignitate ſacerdotali: quamvis verba illius capitis non ſignificent contrahi gravem culpam, ſi Episcopus per ſe (juſtè tamen) percutiat. Quantum verò attinet ad alios ſecularium Clericorum Prælatos minores, videtur ab illis quoque ſervandum, quod habet d. cap. Univerſitatibus, nempe, ut per ſe puniant, niſi urgeat neceſſitas. Ita Navar. & quidam alij opinantur. Verum cap. Univerſitatibus, id non habet; ſed nec ulla recepta, ac conſtans conſuetudo, ac proinde alij cenſent, non eſſe obligandos, ut per ſe percutiant, præſertim cum in d. c. hoc ſolum de Religioſis exprimitur. Cæterum altera pars capitis, nempe, ut non fiat per laicum, obligat ſanè & hos Superiores, atque etiam Episcopos: quia hæc capitis particula generaliter proferitur; & non reſtriſta ad ſolos Religioſos, ut textum illum expenſenti facile apparebit, præſertim in verbis illis: Tam qui tales verberare præcipit.

3. Verum,

3. Verum, licet hoc ita sit de rigore Iuris, à consuetudine tamen introductum est, ut Prælati Ecclesiasticos mediis laicis capiant, & in vincula coniciant, & publica flagellorum punitione afficiant, & si opus fuerit, torquant, ac in tiremibus puniant. Id enim bono communi necessarium est, ne delicta Ecclesiasticorum maneant impunita: quod sæpè contingeret, cum raro inveniretur Ecclesiasticus, qui has actiones præstare velleret. Præterquam quod non decet, personam Ecclesiasticam huius generis punitionis executione. Et ita docet Turrianus de cens. lib. 3. disp. 29. dub. 3. Megala in 3. p. inst. Confess. lib. 4. c. 1. g. 3. n. 5. cum seg. Coninch de cens. disp. 14. dub. 15. n. 191. Avila p. 2. c. 5. disp. 3. dub. 12. & alij penes ipsos.

4. Et tandem ad confirmationem supradictorum non deferam hic apponere verba Villalobos in Summa t. 1. tr. 17. diff. c. 22. n. 9. ubi sic ait: [Mas haze de advertir que el Obispo no tiene obligacion de agotar por sus manos al Clerigo, como todos dicen, por un capitulo de Derecho, ni tam poco los demas Iuezes Ecclesiasticos seculares, inferiores à los Obispos, que en ninguna parte està en uso, como nota Suarez, por que aquella forma solo està prefecita à los Prelados regulares, para que no aviendo necesidad de otra cosa, agoten por si mismos à los subditos. Y añade mas, que los Prelados de las Religiones no estan obligados à esso con tanto rigor, que pequen mortalmente, y queden descomulgados, si hazen lo contrario, por que aquel defecto no es substancial, sino accidental, y no es la materia grave, y favorece esto la costumbre, que en nuestra Religion de ordinario los Prelados mandan à los Vicarios, ò otros Sacerdotes hazer esto.] Sicille.

RESOL. XII.

An percutiens Monachum, aut Novitium titulo correctionis incidat in censuram, si in Religione adsit statutum, ne Prælati causa correctionis percutiant Monachos?

Et quid, si Submagister corrigat contra prohibitionem Magistri principalis?

Et notatur Clericos sodomitas esse privatos per Bullam Pij V. privilegiis Clericalibus, sed intellige post declarationem criminis?

Et an sub nomine Clericorum sodomitarum in dicta Bulla intelligantur patientes crimen nefandum? Ex parte 9. tr. 4. Refol. 41.

§. 1. Respondet negativè Avila de censur. part. 2. c. 5. disp. 3. ubi sic ait: [Quid, si Submagister corrigat contra prohibitionem Magistri principalis? Respondetur, quod non incurrit censuram. Ita Sylv. part. 8. quia per huiusmodi prohibitionem non potest auferri privilegium juris, quod est posse corrigere discipulos. Hinc infero, quod quamvis Prælati aliquis Religionis per se, vel per alium Religiosum verberet subditum delinquentem contra consuetudinem, vel Constitutionem suæ Religionis, prohibentem, ac illum percutiat, non incurrit: quia non agit contra jus commune.] Ita ille.

2. Notandum est hic obiter, Clericos sodomitas esse privatos per Bullam Pij V. privilegiis clericalibus: sed intelligi post declaratoriam criminis. Sed, an sub nomine Clericorum sodomitarum in dicta Bulla intelligantur patientes vitium nefandum, negat Leone de cens. recollect. 5. num. 73. me citato: quia hi potius dicuntur molles, quam sodomitæ, & idè non comprehenduntur in casu, & pœna dictæ Constitutionis. Quod etiam tenet intrepidè, me citato, Marchinus de Sacram. Ordin. tr. 1. part. 8. cap. 14. n. 29. Sed

Sup. hoc in r. 1. tr. 5. Ref. 63. & in alio § ejus primæ annot.

Et pro patientibus contentis in hoc textu in tom. 1. tr. 5. Ref. 60.

ego non adhæsi firmiter huic sententiæ, sicut neque modò adhæreo: ideo tu cogita.

RESOL. XIII.

An Magistri percutientes Clericum discipulum per laicum incidant in censuram? Ex parte 9. tractatu 4. Refol. 23.

§. 1. Videtur prima facie hoc fieri non posse: quia Prælati, & Iudicibus Ecclesiasticis sola capta, tortura, & publica punio permittitur per laicos fieri; non autem secreta punio, & quæ punitionum non infamat: at magistris sola hæc punio concessa est: ergo nequeunt illam mediis laicis exercere. Sed affirmativè sententiæ ego adhæreo: quia spectato jure naturæ hæc correctio non est illicita: non enim potest ut violenta notari, c. 1. de sent. excomm. At jure positivo solis Prælati, & Iudicibus Ecclesiasticis invenitur interdictum, ne Clericos, vel Religiosos corrigant mediis laicis, cap. V. universitatis, de sent. excomm. Cui dispositioni magna ex parte derogatum est in cap. V. famæ, eodem tit. & in cap. Si Clerici, eodem tit. in 6. ergo, cum magistris, parentibus, propinquis non sit prohibitum discipulos Clericos per laicum punire, id absque timore excommunicationis præstare poterunt. Et confirmo: Magister laicus potest Clericum in minoribus constitutum punire, & pater filium, & propinquus sibi aliquantulum subditum: ergo poterit medio alio laico eam punitionem præstare; partim, quia in ea actione nulla injuria deprehenditur, argum. cap. Si Clerici, partim, quia ipsi magistris potius, quam exequutoribus punio adscribitur, ut notatur cap. V. famæ, de sent. excomm. Neque obstat, quod Prælati, & Iudicibus Ecclesiasticis interdita sit correctio Religiosi, & Clerici subditi medio laico: quia, cum ipsi Ecclesiasticæ personæ sint, decebat Ecclesiasticos per se, vel per alios Ecclesiasticos corrigere, cum correctio adhibenda est, quæ à personis Ecclesiasticis exerceri decenter potest: at magistri sæpè sunt laici, & à fortiori parentes: non est igitur mirum quod ipsi facultas jure naturæ concessa intacta relinquantur, quæ prælati Ecclesiasticis restringitur. Et hæc omnia docet Molina disp. 56. n. 8. Layman lib. 1. tr. 5. p. 2. c. 5. n. 9. & Caltus Palus 1. 6. disp. 3. punct. 23. §. 3. n. 12.

RESOL. XIV.

An percutientes Clericum titulo correctionis, incidant in censuram?

Et quid, si excedant modum, vel corrigant ex odio?

Et in textu huius Resolutionis explanantur diversæ personæ, quæ hanc correctionem facere possunt sine censura incurfione?

Et an, quando dicta persona excedunt modum percussione relatæ ad correctionem, vel corrigunt ex odio, incurramt hanc censuram? Ex parte 9. tractatu 4. Refol. 21.

§. 1. Respondeo, quod titulo correctionis licitum est prælati Ecclesiastico, & magistro discipulum Clericum, etiam in sacris constitutum, vinculis alligare, & castigatione moderata punire, pro ut ratio culpæ, & qualitas personæ exigit, & consuetudine receptum est. Sub magistro venit intelligendus pædagogus, & quicumque alius, qui ad honestum aliquid docendum, vel in officio Clericos continendos assumitur, ut rectè advertit Molina disp. 56. n. 3. Item,